



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

7. An si quis haberet copulam cum fœmina dormiente, quodnam peccatum lucuriæ committeret? Idem dicendum est, si haberetur copula cum aliqua fœmina subito apoplexia correpta, vel ab alio morbo ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

*Et cursim docetur, quid si raptus fritile, & formaliter  
Ex part. 9. tr. 9. & Milt. 4. Ref. 2.*

Si alitateum præbere causam diuotij, addit tamen hoc non procedere in concubitu intra vas cum femina, aut bestia mortuis. Vnde patet contra Pellizzarium, & Gefualdum, copulam cum muliere mortua non esse bestialitatem. Et quidem Doctores communiter, ut Iesu lib. 4. c. 1. lib. 13. n. 91. Fagundez in Decal. tom. 2. lib. 6. c. 9. n. 13. Azorius tom. 3. lib. 3. c. 22. q. 1. Vviggiers de iust. rr. de Temperan. lib. 3. dub. 1. n. 6. Sayrus in Clavi Regia lib. 8. cap. 5. n. 18. & 19. Trullench in Decal. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 8. §. 3. n. 1. Dicastillus de Iust. lib. 1. dis. 3. dub. 18. num. 235. & 287. Basilius in Flor. Theol. mor. verb. Luxuria. 2. & alij, agentes de virtu bestialitatis docent, esse coitum cum brutis, vel cum Dæmonie incubo, aut succubo, & nullam faciunt mentionem de cœdauere: Ergo, &c.

5. Inquit endum igitur restat, ad quod peccatum Luxuria talis copula reducenda sit. Et puto, salvo meliori iudicio, talen copulam non includere aliam malitiam in genere luxurie quam malitiam pollutionis; sicuti qui concubitum iniicit cum pictura, vel statua, vt tenet Sanchez vbi supra, quicquid assertur Gefualdus. Et idem recte Tamburinus vbi supra, n. 63. dixit, inanimatum Instrumentum, quo quis se polluat, non facere mutationem speciei. Sed in nostro casu, quando quis copulam habet cum muliere mortua aliud non facit, nisi cum inanimato Instrumento pollutionem: ergo talis copula non inducit mutationem speciei. Confirmatur haec sententia ex Sanchez loco citato, vbi docet concubitum cum femina mortua idem esse ac concubitum cum eius Status, sed concubitus cum Statua non includit, nisi malitiam mollitatis: ergo idem dicendum erit de concubitu cum femina mortua. Vnde optimè dixit Ignatius Lupus vbi supra, non incidere in casu referatum de coëcubitu cum brutis qui aliquod corpus inanimatum supergreditur, licet cum ipso se polluat, vt faciunt qui se polluant cum statuis. Ita ille. Ex quibus verbis habetur concubitum cum statua non esse Bestialitatem, vt voluit Gefualdus, sed Pollutionem: ergo idem fatendum erit de coëcubitu cum femina mortua: nam vt dixit Sanchez, & equiparantur, & pari passu procedunt coëcubitus cum statua, & cum femina mortua.

6. Concludendum est igitur, copulam cum femina mortua non inducere vitium Bestialitatis, nec fornicationis; vt docet Sanchez, sed tantum continere malitiam Pollutionis facta adiutorio illius corporis mortui; quidcum sit instrumentum inanimatum, ac si esset statua ipsius mulieris, vt ait Sanchez, non potest constitueri diversam speciem malitiae ab ipsa pollutione, vt bene dixit Tamburinus, loco citato. Vnde illi, qui sentiunt, circumstantias aggrauantes non esse necessarii in confessione aperiendas, concedenter talen circumstantiam Copula non esse in confessione aperiendam, sed sufficere assertere, se pollutionem habuisse. Et in nostro casu, cum femina sit mortua, non adest malitia inductionis ad peccatum; & suppono copulam cum femina mortua non haberet ab homine peccante cum alio affectu fornicatio diverso à pollutione: nam alioquin cum pollutione adest alius peccatum Fornicationis, Adulterij, Incerti, &c. Ergo, &c. Et haec omnia in questione non tam diligenter ab aliis pertractata, pro curiosis Lectoribus adnotare volui, vt ipsi tamen iudicent si probabiliter dicta sint, vel ne.

### RESOL. VII.

*An si quis haberet copulam cum femina dormiente, quodnam peccatum luxuria committeret?*  
Idem dicendum est, si haberet copulam cum aliqua femina subito appoplexia correpta, vel ab alio morbo sensibus destituta, & tunc occasionabiliter ab aliquo carnaliter cognoscetur.

9.1. **R**esponderunt aliqui, quod præter peccatum fornicationis si mulier esset solita, & præter peccatum adulterij, si esset coniugata, & præter peccatum sacrilegium si esset Monialis; & præter peccatum stupri si esset virgo, &c. committeret etiam peccatum Raptus formaliter. Et ita hanc sententiam tenet Pellizzarius in *Man. Regular.* 1. tr. 4. c. 3. s. 1. lib. 1. n. 70 vbi sic ait, si queras, quam malitiam habeat copula habitat cum femina dormiente: Respondeo, copulam habitat cum femina dormiente, que ante somnum consentient in copulam, esse eiusdem speciei, ac effervescent habent cum illa vigilante, ac sponte consentiente: si quidem talis copula equiparatur copula habitat cum muliere extra. Quod si mulier, cum qua dormiente habeat copula, in eam non consentit ante somnum, tunc copula continet etiam malitiam Raptus formaliter, de qua Sanchez lib. 7. de Mar. disp. 14. n. 7. camque in confessione necessario exprimendam: In d. & malitiam stupri, si femina illi erat virgo, vt colligitur ex ipso Sanchez, n. 7. Hucusque Pellizzarius.

2. Non obstat dicere, quod violentia est de essentiâ raptus, vt patet ex iuribus, quæ afferunt, & sequuntur Martinus Perez de Matrin. disp. 8. s. 1. n. 1. Sed in nostro casu copula efficitur sine violentia: ergo non potest constitueri malitiam raptus. Respondeo enim cum Fagundez in Decal. tom. 2. lib. 6. c. 10. n. 3. quod frater & dolus violentiae aequipollent, l. vicia 5. Et si quidem vers. Poenas autem Cod. de Raptu Virg. ibi, contentus ille feminae dolosus artibus exortus præfumitur, & ita communiter Doctores Sanchez lib. 7. de Mar. disp. 12. n. 7. & 11. Decanius 12. tr. crim. lib. 8. c. 7. n. 8. Sed in nostro casu adest frus & dolus, quia copula illa habetur cum muliere inuita; si enim vigilarerit non consentiret. Ergo raptus committitur.

3. Verum his non obstantibus, posset aliquis dicere, quod tunc adest frus & dolus, quando mulier fuiller v.g. cum Lopio, vel alio medicamento ex industria copropita, vt postea cum illa habereat copula. Sed nos supponimus copulam, de qua loquimur, habitam fusse occasionaliter, quia mulier inuenta est somno operfa; & licet hoc non obstante, dicta copula exercetur cum femina inuita, cum dormiat, tamen hec iniuria, quæ hic & nunc ei infertur, non est illi notam, suppono illam somno immersam concubitum non sentire. Quod multum existimo: nam vt docet Thomas in 2. 2. q. 66. art. 4. & DD. communiter, alia ratio est in voluntari per violentiam, quæ est in rapina, alia per ignorantiam, quæ est in furto. Ergo statibus his circumstantiis, non videtur in casu nostro adest tanta iniuria, & violentia, vt possit constitueri raptus formaliter. Quod idem dicendum videtur, si haberetur copula cum aliqua femina, subito appoplexia correpta, vel ab alio morbo sensibus destituta, & tunc occasionaliter ab aliquo carnaliter cognoscetur.

4. Confirmant supra dicta quia licet Thomas in 2. 2. q. 54. art. 7. Sanchez, & alij assertur, solam violentiam constitutere raptum, tamen non debet Doctores assertentes, quod non dicitur raptus, stricte, & formaliter, si mulier violentia non abducatur de loco ad locum: quod probat Hurtadus de Sa. 4. disp. 12. diff. 3. n. 11. ex leg. znicia, de raptu, vbi dicitur, quod raptus sit violentia extractio de domo Patri. Et ita etiam docet Praepositus in 3. par. 4. 7. de Impedim. mar. dub. 16. n. 14.8. Perez vbi supra, s. 1. n. 4. Tambut, opif. 1. lib. 2. c. 7. §. 9. n. 60. Escobar in Theol. rr. 5. Exem. 8. c. 2. n. 75. & alij quos citat, & sequuntur Syli, in 2. 2. D. Th. 154. art. ... ergo, &c. Vnde nouissime Gefuald, in Theol. mor. 1. tr. 35. c. 7. n. 10. dixit, quod vt raptus sit peccatum luxurie distinctum à fornicatione simplici specifico

# De aliquibus Casibus, &c. Ref VIII &c. 139

opus est, ut fiat abductio mulieris. Sed in casu nostro, dato quod ad sit violentia, non adest abductio; ergo talis copula non potuit inducere raptum formalem.

5. Et quidem si vera esset, & sequenda opinio Patris Pellizzarii, sequeretur, quod qui habuerit copulam cum feminam dormientem, & ideo commisisset (ut ipse ait) raptum formalem, sequeretur, incurrisse in poenas latas a Sacris Canonibus contra raptores, stante opinione Lessij lib. 4. c. 3. dub. 9. n. 6. qui extendit poenas raptorum ad illos, qui non traduxerunt de loco ad locum mulierem, sed tantum in loco violarunt. Vnde in nostro casu nimis durum potest videri propter copulam cum feminam dormientem, sine alia vi illata, di-  
cas poenas incurri. Sed ego nolo harum opinionium Auctor esse; ideo viri docti indicent.

## R E S O L . V I I I .

Olim cum quadam Religiosa fuit mihi magna altercatio, an in cogitationibus venereis sit peccatum mortale, se voluntas non consentiat positiu[m] nec etiam positiu[m] dif-  
ficiat, sed tantum permisive se habeat? Ex p. 2. tr.  
17. & Mifc. 3. Ref. 33.

§. 1. **P**arte affirmatiuam tenuit Vasquez in part.  
2. tr. 1. disp. 10. c. 2. n. 1. Zumel in pari. 2. qn. 74.  
art. 4. dub. 1. disp. 2. concl. 2. Valent. tom. 2. disp. 6. qu. 4.  
punct. 3. Lessius de inst. lib. 4. c. 3. dub. 15. n. 117. Bonac.  
de matr. qu. 4. punct. 7. n. 7. Beccan in sua Theol. schol.  
par. 2. tr. 2. c. 5. quest. 5. n. 4. Azor. tom. 1. lib. 4. c. 6. qu.  
6. Sayrus in Clavi Regia lib. 8. c. 7. num. 3. & Curiel in  
par. 2. qn. 74. art. 8. dub. 2. § 2. fol. mibi 493. Ratio est:  
nam tali in casu si non adest consensus formalis, adest  
tamen consensus interpretatiu[m]; sed consensus interpretatiu[m]  
equivalens formalis. Ergo si consensus formalis in  
delectationibus venereis est peccatum mortale, etiam erit consensus interpretatiu[m]. Hec opinio  
est probabilius.

2. Sed contraria non falsam, vt ille Religiosus  
aiebat, sed probabilem cum Sanchez tom. 3. de maria-  
mon. lib. 9. disp. 45. num. 25. & Bonacina ubi supra numer.  
8. esse existinet. Dico igitur non esse peccatum  
mortale, quando voluntas se habet negatiu[m], non im-  
pediendo, vel non reprimendo motus, & tentationes,  
quas potest reprimere animum aliud diuerrendo; nec  
esset enim positiva complacencia in morib[us] sensuali-  
tatis, vt impunitur ad peccatum mortale, cum non  
adest interpretatiu[m] consensus, quia non tenetur illam  
cogitationem expellere, quando non est perficuum  
formalis & expressi consensus; sic Caetan. in summ.  
ver. delectatio. Philarchus tom. 1. p. 2. lib. 4. cap. 18.  
Herrera in 2. sent. disp. 33. quest. 7. concl. 2. Reginald.  
tom. 1. lib. 15. cap. ult. n. 6. & tom. 1. lib. 22. c. 2. num. 10.  
condit. 3. Petr. Lorca in p. 2. tom. 2. disp. 28. num. 62. cum  
Molfel. in summ. tom. 1. tract. 8. cap. 8. num. 43. & 45.  
Nauarr. in summ. cap. 11. numer. 12. Corduba in suo  
quest. lib. 1. cap. 2; dub. 10. ad 7. & alius quampluribus  
apud Sanchez in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 2. num. 13. &  
apud Ioann. Salas in part. 2. tom. 2. disp. 6. sect. 3. numer.  
25. Ratio, qua fulcitur haec opinio, est ista. Nemo pec-  
cat mortaliter, nisi transgredatur aliquod praeceptum  
obligans ad mortale; sed hoc non sit in tali casu, quia  
tota obligatio, que potest esse in tali casu, oritur ex  
illo praecepto negatiu[m], Non concupiscit. Sed hoc  
praeceptum non obligat ad depellendam concupiscentiam,  
sed solam ad non consentiendum. Ergo sufficit  
non consentire, & solam negatiu[m] se habere. Con-  
firmatur, quoniam, vt ait Lorca ubi supra, contingere  
potest, hos motus permitti propter iustam causam abs-  
que illa culpa, & in hoc conueniunt nobiscum Autho-  
res primae sententiae. Ergo etiam si absque iusta causa

causa permittantur otiosae, vel ex causa veniali, non  
erunt peccatum mortale, quia quod per se malum est,  
propter nullum finem potest iuste fieri; si ergo aliquando  
contingit hanc promissionem esse licitam, ex  
genero suo non est mala.

3. Ad argumentum in contrarium respondetur.  
Quando aequalis obligatio est non permittendi, &  
non procurandi, consensus formalis, & interpretatiu[m]  
sunt aequales in malitia, & si virus mortalis est, alter  
eriam est mortalitas; non tamen est eadem obligatio non  
procurandi, & non permittendi cogitationes reru[m] pri-  
pium, & ideo consensus formalis potest esse mortalitas,  
consensus interpretatiu[m] existente veniali; sic possit  
aliquis magis obligari ad non procurandam dignita-  
tem, vel aliquid aliud, quam ad illud reciendum. Sic  
velle occidere hominem, est peccatum mortale contra  
iustitiam, sed non passere illum in extrema necessitate,  
ali quando est peccatum veniale contra misericordiam,  
ali quando mortale contra eandem virtutem, ali quando  
vero est mortale contra iustitiam. Itaque non semper  
consensus interpretatiu[m], & virtualis aliena mortis  
equivalens, nec ferre equivalens formalis. Ita Salas ubi su-  
pira n. 33.

## R E S O L . I X .

An oscula, que sunt ex delectatione sensibili ex illis  
consurgente abque alia sinistra intentione, & admis-  
sione alterius delectationis de aliquo actu luxurioso,  
sunt peccata mortalia?  
Et an in osculis, & talibus, & uniuersim in rebus vene-  
reis detur parvitas materia?  
Et an inter solitos, quanu[m] eiusdem sive sexus sit semper  
mortale crimen osculari, & tangere ob solam vene-  
ream delectationem, ex huiusmodi actibus consurgen-  
tem, vel possit dari parvitas materia? Ex part. 4. tr. 4.  
& Mifc. Ref. 136.

§. 1. **N**ouissime negatiuam sententiam docet Franci-  
cillus Sylvius in 2.2. D. Thom. q. 15. 4. art. 4.  
conclu. 4. vbi sic ait: Vel delectatio que in osculis, &  
amplexibus sentitur, est merè sensibilis, consistens in  
quada proportione & conformatio[n]e rei tactae, vel vi-  
se cum organo tactus, vel visus, vt non aliud sit, quam  
oblectatio de re blanda, leni, ac molli, vel tenera, que  
contingit, aut pulchra, que videatur, absque alia cu-  
muscumque rei turpis delectatione. Vel est oblectatio ita  
sensibilis, vt quanu[m] non veretur circa fornicationem,  
habet tamen coniunctam carnis ac spirituum genera-  
tioni seruientium conmitionem. Tactus & oscula que  
sunt cum sola priori delectatione, non videntur esse  
libidinoso, ac per consequens nec peccata mortalia; que  
autem sunt cum posteriori, libidinoso, & mortalia  
sunt. Prius probari potest, quod non videtur esse libido  
venerea, quando in actu secundum suam speciem non  
libidinoso, abeit omnis cogitatio & intentio etiam impli-  
cita voluntatis venerei; atque amplexus & oscula  
non sunt secundum speciem suam libidinosa, vt in cor-  
pore docet D. Thom. & in eis ponitur abesse omnis  
cogitatio & intentio venerei voluntatis etiam impli-  
cita, seu interpretatiu[m]; cum non alia sit delectatio  
quam quod res blanda, mollis, aut tenera; ergo eiusmodi oscula non sunt cenfensa simpliciter libidinoso.  
Ita Sylvius, & alij penes ipsum, quibus ego addo ex  
Societate Iesu Comitolium in respons. moral. lib. 4. qu.  
20. num. 6. & Ioannem Salas in 1. 2. D. Thom. q. 74. tract.  
13. disp. 6. sect. 20. num. 1. 9. vbi has etiam adducunt ra-  
tiones pro hac firmanda sententia, quia delectatio non  
est mortalitas, nisi obiectum eius sit mortal, sed perce-  
ptio illius suavis temperamenti, aut proportionati tan-  
gibilis non est mortalitas: ergo delectatio, quae de illa

M 4 tanquam